



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1655**

§. 189. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde. v. 31.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45515**

& illudere cœperunt quem admodum bestię pleręq; & ipsa caro nostra perpetuo noscolaphizant, terrę maledictio quã cum sudore exercemus & terrimus. Neq; solũ parentum primorum, sed nostra etiam quę quotidie perpetramus scelera ostendunt. Nos enim etiamnum spiritualiter id Christo facimus quod fecere milites corporaliter, nos ei coccineam chlamydem iniicimus cum animas nostras peccatis inquinamus, spinis eum coronamus, cum voluptatibus divitiis & curis sæcularibus nos ipsos addicimus. Arundine percutimus cum in peccata expiata, nostra levitate & inconstantia relabimur, fecte adoramus cum in oratione nostra vani & vagi sumus, conspuimus blasphemis, alapifamus persequendo da proximos & servos eius, turpeccant homines in vestitu. Ecce unde purpuram &c. gestet Dominus.

**O** Iesu mundi Salvator! ô quoties renovantur tibi contumelię, renovantur & pœnæ? ô satis! & per quam satis, si vel semel illusus fuisses, semel consputus, semel in faciem cæsus, ob peccata nostra, sed amor tuus incomprehensibilis erga nos requirit, ut reperantur & contumelię & pœnæ tam à ludæis quam Gentilibus, ut satisfacias abundanter nimis pro omnibus, & misericordiam præstes. Ideo te laudent cælum, mare, tellus & omnes creaturæ tuæ. Prædicet totum genus humanum quod pro omnibus pati voluisti fac quoque omnes nos passionis & glorię tuę participes.

§. 189. *Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde. v. 31.*

Postquam milites ad nauseam usque Christum redemptorem nostrum ludibrio habuerunt, exuerunt eum scenicis vestibus, relicta capitũ corona spinea, & sic rursus ad summam confusionem staret coram tot hominibus castissimus ille sponsus virginum, corpore nudus, & nuper speciosus forma præ filiis hominum, nunc deformis totus.

**O** Iesu innocens & falso accusate, ego sum illorum criminum in te commissorum reus. peccator enim se Deum facit, cum ipsi tributum, hoc est honorem debitum, negat, & subvertit ordinem divinę dispositionis ac totius universi, denique omnes te negant, accusant, blasphemant, affligunt; nullus defendit, nec pro te loquitur verbum vel miseretur. ô Iesu ab omnibus derelictę, ab hoste maligno per hæc omnia me defende, & *exue me domine veterem hominem cum actibus suis & indue me novum hominem qui secundum Deum creatus est in sanctitate & iustitia veritatis, propter ignominiosissimam illam mutationem vestium tuarum & passionis & nuditatis meritum.*

§. 190. *Et induerunt eum vestimentis suis. v. 31.*

Non sine causã affigente Dominum id fecerunt. nimirum in Christi